

descripsit FRID. MARTENS, (*itin. Spizberg. ed. germ. p. 85. n. 4.*) adjecta etiam rudiori icona (*tab. 8. fig. d.*). MARTENSII locum LINNÆUS olim (*System. ed. X. p. 636. sp. 6.*) ad *Oniscum Ceti*, quem graphicè exprimit, recte citaverat. Verum eundem in editione novissima nessio quo permotus argumento, perperam de *Acaro polygonopo* nostro, quem inter Phalangia collocat (*System. Ed. XII. p. 1028. p. 6. sp. 6.*), perperam interpretatus est; *Oniscum Ceti* autem absque synonymo ullo recensuit (*pag. 1060. sp. 6.*). Distinctissime tamen speciem delineat etiam SEBÆ *thes. Vol. I. tab. 90 fig. 5.* quæ icones LINNÆO ignotæ esse haud potuere." Of the young, he says, "Apprime miratus sum, quod eorundem forma gracilis, scolopendriformis exacte esset similis *speciei sequentis*, cuius minima, vulgaribus Poduris vix longiora specimina ita referunt, ut, nisi intra matris diversæ alvum pâne reperti, pro iisdem omnino haberentur." He gives a description of *Oniscus ceti*, Tab. iv. fig. 14, A. B. C., probably, in Lütken's opinion, referring to the species which Lütken calls *Cyamus mysticeti*.

This is followed by a discussion of *Oniscus scolopendroides*, in which he says, "Primam, ni fallor, hujus Insecti distinctam notitiam debemus Celeberr. BASTERO. In honorem tamen Optimi STELLERI monendum est, accuratam descriptionem hujus insectuli marini, ad Kamtschatkam ab illo obseruati, in schedis ejus exstare.

"*Oniscus scolopendroides* qualem BASTERUS describit, quem LINNÆUS (*System. ed. XII. p. 1056. sp. 84.*) satis paradoxo nomine et genere *Cancrum atomon* vocat, forte ab EJUSDEM *Cancro linearis* atque *filiformi*, vel horum saltem priore, nonnisi æstate differt. Certe quod F. MARTENS (*itin. Spitzb., p. 85. n. 3. Tab. P. fig. 1.*), nomine Squillæ parvæ describit & delineat insectum, vix aliud quam *Oniscus scolopendroides* noster videtur fuisse. Et adumbrationes, quas LINNÆUS dedit de *Cancris linearis* & *filiformis* suis, ambo in nostram speciem sat bene quadrant; ut summa saltem horum trium insectorum debeat esse affinitas.

"Quod vero hæc insecta ad Caucros malo omine reduxerit LINNÆUS, neque naturale eorum genus perspexerit, eo magis miror; quia *Oniscum Ceti* ad legitimum genus jamdudum judiciose retulit. Adeoque structuram prædictarum specierum cum *Onisco Ceti* contulisse non videtur; Nemo enim, qui oculis utitur, non videt eandem esse hujus *Onisci scolopendroidis* affiniumque compositionem, & structuram quoad omnes partes, truncum, antennas, pedes perfectos, & pedunculos. Imo tanta, ut jam monui horum est similitudo, ut minuta ab *Onisco Ceti* edita proles, quæ gracilis adhuc et macilenta est, vix ab *Onisco scolopendroide* discerni queat,

"*Onisco Ceti* etiam in eo convenit hæc species, quod *ovula* feminæ sub medio corpore mem branulis inclusa circum ferant; inter æstate adlatos, copiosissimas semper observavi feminas hoc more gravidas; quæ res a Diligentiss. BASTERO adnotata haud fuit; probatque corpuscula pedum mediorum vicaria minime esse ovula, quamvis sub ipsis illis globus ovulorum in fœtificantibus hæreat. Figura MARTENSII supra citata id boni habet, quod exprimat situm, quo *Oniscus scolopendroides* in aqua & spiritu vini convulsus mori constanter observatur."

The description which follows of *Oniscus scolopendroides*, and the figures, Tab. iv. fig. 15, A, b, c, do not suffice to establish its specific name. Lütken considers that Pallas presses rather too far the resemblance between the young of *Caprella* and those of *Cyamus*, though giving him due credit for having called attention to it, as well as for being the first to remark on the incubatory pouch of *Cyamus*, and on the difference between the young and adult forms, besides correcting Linnæus' reference of Martens' *Cyamus* to *Acarus polygonopus* (*Pycnogonum*).